



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1442. usque ad annum 1460

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118324**

§. 22. Idem a Burgundiæ Duce benigne exceptus

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66507](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66507)

rat Episcopatum, ejusdem incolas armo- Sæcul. XV.  
 rum vi compulsurus, ut pro Episcopo suo A.C. 1456.  
 reciperent Burgundum Filium ejus spu-  
 rium, cui Papa, rejecto Brederodiæ Do-  
 mino, licet hunc Capitulum elegisset, præ-  
 fatam Ecclesiam contulerat. Admodum  
 molestus erat Burgundo Delphini ad-  
 ventus, de quo Regem datis literis cer-  
 tiorem fecit, præcepit tamen Ducissæ  
 conjugi suæ, necnon Filio suo Carolesii  
 Comiti, ut Delphinum honoribus ejus  
 conditioni congruis exciperent; se  
 vero nunquam aditum esse Delphinum  
 ajebat, nisi prius a Galliarum Rege re-  
 sponsum accepisset.

## §. XXII.

*Delphinus a Burgundiæ Duce benigne  
 exceptus.*

Rex in favorem Delphini respondit,  
 Duceque rogavit: Filium suum ea-  
 dem omnino benevolentia exciperet, qua  
 ipse, si forsan quodam adversæ fortunæ  
 casu in Gallias fugere compelleretur, re-  
 cipi desideraret. Igitur Burgundus ac-  
 ceptis hisce literis confestim Bruxellas  
 petit, Delphinum salutaturus, quem e-  
 tiam haud vulgaribus amicitiae signis am-  
 plectebatur, atque ejus usibus duode-  
 cim millium aureorum pensionem attri-  
 buit, dein illum ad castrum Cenebense  
 in

**Secul. XV.  
A.C. 1456.**

in confinibus Hannoniae quarto ab urbe Bruxellensi lapide dissitum deduxit, illudque pro diversorio eidem concessit. Verum nec cuncta ista, quae in hac regione acceperat, officiorum genera Delphini animum cohibere poterant, quin paulo post inter Proceres dissidia, factionesque seminaret; praeterea a Burgundiæ Duce copias petiit, ut Regem Patrem suum aggredieretur, eumque, uti jactitabat, cogeret, ut a Senatu suo illos Viros, qui Regis benevolentia abuterentur, expelleret; quod sane frivolum non minus, quam ridiculum erat Filii consilium. Delphino Dux perquam sapienter reposuit, omnia sua ad ipsius obsequia praesto esse, dummodo nihil peteret, quod Franciæ saluti adversaretur; ceterum nec sui, nec Delphini munericus esse, Regis Senatum emendare, ac ideo optimum videri utriusque consilium, si totum negotium Regiæ suæ Majestatis arbitrio relinqueretur.

### §. XXIII.

*Alensonii Dux comprehensus, atque inclusus.*

Joa. Chart. Hist. Car. VII. p. 287. **H**oc eodem anno in festo Corporis Christi Dunensis Comes Regis jussu Alensonii Comitem Franciæ Parem, ejusdemque Regis amitinum Lochiæ comprehen-